

INC
14913

Sanctæ Eliza

bet **Portugallia** quon-
dam **Reginæ** offi-
cium.



Resendio auctore.

CONIMBRICÆ.

M. D. LI.



DIVAE CATERINAE

Augustissimæ Lusitanæ Reginae

L. Andreas Resen

dius. S.

TNC
14913



Conimbricæ quum essem hoc anno, Regi-
na Augustissima, & commodum adesset so-
lennis dies, quo anniuersarijs sacris coliturbeatif-
sima regina Elizabet, atq; ego religionis & oran-
di causa sepulcrum eius adijsssem, & gestorum il-
lius mihi esset liber ostensus, simulque solēnis ea-
die precandi ritus, quē receptus ecclesiarum vsus
officiū adpellat, quorū quum alter supra quā
dici queat, ad pietatē me incitasset, quippe legen-
dis rebus pulcherrimis, & virtutis diuinæ plenissi-
mis: altero ita sum offensus, vt malē me de ipsa di-
ua meritorum existimauerim, nisi nouo composi-
to officio, alijs similē offensionis causam ademis-
sem. Eam igitur lucubratiunculam, etsi non mole-
voluminis, tamē materiæ genere certē magnam,
tibi tuo iure offero. Nam vt omittam hæc eadem
te quæ illa quondam regna gubernare, vt sangui-
nis inter vos coniunctionem sileam, intellexi nu-
per te ad sepulcrum eius tanto inflāmatam adfe-
ctū, tanto virtutum illius æstuassee desiderio: vt sa-
nè gratius à me nihil tibi offerri posse iudicaue-
rim. Vale. Conimbricæ, Calendis Octobr
M. D. LI.

Incipit officium

Sanctissimæ Elizabeth Portugal
liæ quondam reginæ, auctore. L. An
drea Resendio, sacræ theolo-
giæ professore.

In primis Vesperis Antiphonæ:



Immorta-
li præco-
nio regi-
na Eliza-
bet mun-
do est præ-
dicanda, cuius excellens
virtus immortalē in cæ-
lis gloriā obtinuit. *ps.*
Dixit dñs. *An.* Ad solis
vsq; ortū ex occasu regi-
næ huius nomē merito
est efferendū, quæ ab or-
tu vsq; ad occasum lau-
dabile nomē dñi merito
suar scitatis ostēdit. *ps.*
Laudate pueri. *An.* Ope-
ribus pietatis Chri amo-
re semper intēta, magnū
bonitatis suæ posteris re-

liquit exēplū. *ps.* Lætatus
sum. *An.* Regalē fastū, &
seculi percūris blādimē-
ta cōtemnēs, ieiunijs &
obsecratiōibus pudicis-
sime vitā agebat. *ps.* Ni-
si dñs. *An.* Quò sangui-
ne clarior, quò humani
fastigij statu celsior, cō-
modestior, animoq; de-
missior, hæc virtute lon-
gè inferiora putauit. *ps.*
Lauda Hierusalē. *Cap.*

MVlierē fortē quis in Pro-
ueniet? procul & 31
de vltimis finibus pretiū
eius, cōfidit in ea cor vi-
ri sui, & spolijs non indi-
gebit: reddet ei bonū &
nō malum, omnibus die

SANCTÆ ELIZABET REG.

bus vitę suę . **Hymnus.**

LVx adest festo cele-
branda ritu,

Qua per ingentes popu-
los, Ibera

Pergit ad Gades regio,
niuosa

Vsque Pyrene.

Vestra sed reges pietate
clari

Gaudij maior pouôrque
causa.

Vestra reginæ, quibus
est iugalis

Cura pudoris:

Clara nam virtus colit-
tur dicata

Luce reginæ, generosa
cuius

Indoles vestrum decus
auget, atque

Calmen honestat.

Illa cælestem meritis a-
depta

Regiam, viuit meliore
regno.

Sed tamen regnum te-
nuit quod olim,

Diua tuetur.

Vnde sublimis residens
nepotes

Curat, & sancta popu-

laritate

Nunc opem dextra quo-
que liberali

Præstat egenis.

Sint tibi laudes trias al-
ma, cuius

Vna maiestas eadēque,
cultu

Regnat æquali, variata
quamuis

Nomine terno. Amen.

¶ Specie tua. **Ad Magñ.**

Añ O matronā egregiā,
ô verè prudentē: quæ et-

si reginā se esse nō igno-
rabat, Chri tamē se regis

ancillā & ore profitebat
& testabat opibus. **Oro**

OMnipotens sempit-
erne deus, qui bea-

tam Elizabet de terre-
stris regni culmine trās-

latā, in cælesti tuo regno
gloria sublimasti: eius

meritis & intercessione,
fac nos quæsumus pur-

gatis mētibus ad eandē
gloriam peruenire. Per.

Ad Matutinas Inuitat.

Lucida reginā suscepit
Elizabet aula. **¶** Laude

mus Christū, qui tanti est

muneris auctor. *Hym.*

Alma reginæ redie-
re sacra
Lusitanorum, memoran-
da cuius
Gesta fert solis populos
cadentis
Fama per omnes.

Nomen ad cuius vete-
riscq; morbi,
Et nouę pestes fugiunt,
salúsque
Exulans membris, redit
in priores
Denuo sedes.

Dæmonas pellit, vitiligi-
nosos
Tollit albores, aciem re-
ducit
Qui diu cæci gemuere
sortem
Lucis ademptæ.

Rursus attractu grauior-
tis astri
Artubus reddit stupidis
vigorem
Mobilem. neruos solidat
renaci
Lege solutos.

Et quibus tensa cute nul-
lus humor
Sufficit, semper stiente

morbo.

Et quibus corpus tenu-
at, vel æstus,
Vel status horror.

Ante reginæ tumulum
beatæ
Nemo non voti redit vn-
de compos,
Languidum ponunt su-
bito veternum
Corporis ægri.
Sint tibi laudes.

In primo Noctur. Antæ.
Vistasti domine Lusita-
nos, quū eis reginā dedi-
sti, propter quā admira-
bile nomē tuum meritò
collaudamus. *ps.* Domi-
ne dñs nr̄. *Ant.* Super om-
ne aurū, & lapidē pretio-
sum desiderauit Chri-
stū: & ideo ab infāria o-
pera illius immaculata
fuerunt. *ps.* Cæli enar-
rant. *Ant.* Mundo cor-
de ad cælestia semper as-
pirans, benedictionem
accepit & misericordiā
à deo salutari suo. *ps.*
Domini est terra. *Spe-*
cie tua. **Ex gestis**
cius, Lectio prima.

Reata Elizabeth Portugalliae quondam regina filia fuit Petri Aragoniae regis, & reginae Constantiae uxoris eius: neptis autem Iacobi regis, & reginae Violanthiae, regis Vngarorum filiae. Nomen Elizabeth illi est impositum, ob reuerentiam beatae Elizabeth, quae eius magna fuit matertera, id est, soror Violanthiae reginae, ipsius auiae. Et sane non sine quodam futurorum praesagio factum est, ut illi esset cognominis & consanguinea, cui vitae similitudine ac sanctitate futura erat longe coniunctior. Hanc ab infantia quam auus rex usque ad nonum aetatis annum apud se nutriendam curasset, inspecta mirabili eius supra humanum indole, virgunculam tenerrime diligebat, illud in sermone saepe affirmans, suam hanc neptem atque alumnam summum aliquando decus & ornamentum regiae domus A-

ragoniae futuram. Quod non vanum fuisse augurium, euentus postea confirmavit. Tu. ✠ Admirabilis regina praestans innocentia, ab ipsa protinus infantia se ita gessit. p. Vt omnium virtutum semper fuerit domicilium. ✠ Praematura animi senectute, quae solent adolescentiam commitari, vitia auertit.

p. Vt omnium. *Lectio. 2.*

Mortuo rege auo, quam pater haereditario iure regnum suscepisset, reducta in paternam domum, quantum per aetulam licebat, orationibus, ieiunijs omnique pietatis & religionis studio, puellares illos annos magnis incrementis ad maiora semper nitens assuefaciebat. Creuit igitur, sub mirabili forma corporis, mirabilioris animi pulchritudinem magis in dies praeseferens. Cumque ad aetatem nubilem primum deuenisset, quam patris, qui ea tempestate belli domique rebus ge-

stis celeberrimus habebatur, tū verò formæ virtutisq; suæ gratia cœpit à regibus ambiri. Qua fama permotus Dionysius qui per id tempus apud Lusitanos obitu patris regnū obtinuerat, legatos de cōiugio ad patrē illius in Aragoniā misit: quò etiā tunc eius rei causā cōuenerant oratores regis Angliæ, filio suo primogenito illam postulātis: oratores quoque ex Gallia, petētes eā Roberto Caruli Apuliæ regis filio, & hæredi. Quos puellæ pater, quū verbis amplissimis dimississet, Dionysio regi filiā despōdit. Tu. & Crescebat regina br̄ssima ætate & sapientia: & exhibebat fama eius per omnes provincias. ¶ Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata. ¶ Erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat dominum valde. ¶ Gratia. *Lectio tertia.*

Deducta igitur in Lusitaniam quū innupfisset, domū suā non vt puella circa corporis cultū occupata, sed vt egregia sollicitaq; mater familias gubernabat, morigera viro, suis nunquā onerosa, semper cū grauitate affabilis, vsq; eò reipublicæ bono inuigilans, vt nō ad regnādum, sed ad inseruiendū regni cōmodis venisse videret. Mirū erat, mulierē adolescentē, imò puellā reginā, in ipso ætatis flore sic agēdæ vitæ rationē instituisse, vt & matrimonio satisfaceret sine querela, & deo per omnia satageret complacere. Tu. & Beatus qui habitat cū muliere sensata: pars enim bona mulier bona, in parte bona timentiu deū. ¶ Dabitur viro p factis bonis. ¶ Honorabile cōnubiū, & thorus immaculatus. ¶ Dabitur. Gloria patri. *In secūdo Nocturno. Antiphona.* Adductę sunt regi Chri

S AN CT Æ EL I Z A B E T REG.

sto virgines post hęc re-
ginā, tā proximæ eius,
q̄ diuites plebis, quæ o-
blitæ populū suū, & do-
mū patrū suorum, dicata
virginitate vulū domi-
ni deprecabātur. **ps.** Eru-
ctauit. **Ant.** Posuit domi-
nus, pdigia super terrā:
dū ad tactum sanctæ re-
ginæ adhuc viuēris, puel-
la cæca nata insolitū lu-
mē recepit. **ps.** Deus n̄
refu. **Ant.** In ciuitate dei
nostri, in monte sancto
eius, magna est regina
Elizabeth, per cuius me-
rita, morborum omni
generi datur diuinitus
medicina. **ps.** Magnus
dominus. **v.** Adiuua-
bit. **Lectio quarta.**

ANnum agēs decimū
septimū, filiā pepe-
rit Cōstantiā, quæ postea
regina fuit Castellæ. Vi-
gesimo autē ætatis anno,
peperit Alphōsum filiū,
qui Dionysio patri suc-
cessit. Sapiētia eius, mo-
rū innocētia, vitæ puri-
tas, in deū religio, cari-

tas & reuerētia erga vi-
rū, erga domesticos man-
suetudo, clementia erga
populū, erga pauperes &
egenos benignitas, erga
adlictos miseratio, erga
dei seruos & ancillas mi-
rabilis affectus, quæq; a-
lia nō tā de regina, q̄ de
diuina muliere dici pos-
sunt, breuis orationis ma-
teria nō sunt. Extat gesto-
rū eius reuerendæ anti-
quitatis, & indubitatæ
fidei liber, vnde nos ista
summatim delibauimus.
Tu. B. Regū lōga serie
ex oī parte decorata, hoc
lōge excellit regina Eli-
zabet. **p.** Christi ancilla
re vera fuit, vt Christi an-
cilla iure coronatur. **v.**
Fallax gratia, & vana est
pulchritudo: mulier ti-
mēs deū ipsa laudabitur.
p. Christi **Lectio quinta.**
REdituū suorū partē
maximam pauperi-
bus, viduis, pupillis, &
personis siue morbo, siue
quauis alia egestate pres-
sis impendebat. Diuina

officia quotidie & audiebat attēte, & ipsa etiā canonicas horas, defuncto rū officiū, pœnitētiæ psalmos, & multa alia, summa religiōe legebat. Carnē mira domabat abstinentia. In Quadragesima, Aduētū, sextis ferijs, Sabbatis, & ieiunijs omnibus ab ecclesia institutis, nōnullis etiā sponte ad ditis, ita ieiunabat, vt nullo penitus vteret obsonio. Reliquo anni tempore, tribus in hebdomada diebus ieiunabat, q̄ amplius illi per regem maritū nō liceret. In cœna Dñi, duodecim mulieribus leprosis vestes nouas largiebatur, pedes lauabat & osculabat, deinde admēsam splēdidē apparatus maximam sedulitate ministrabat. Tu. **R.** Eleemosyna pauperē nō defraudauit. **P.** Et inopi inclinauit aurē sine tristitia. **R.** Rogationē con tribulati nunquā abiecit, nec auertit faciē suā

ab egeno. **P.** Et. **Lect. vi.**
A Liquādo hanc pedū ablutionē in memoriā dominicæ humilitatis quū perageret, peruenit ad quandā ex leprosis illis mulieribus, quę vno in pelum pede posito, alterū abscondēbat. At regina quū pedē illū lauisset, alterū vt proferret imperauit. Et mulier. Noli inquit domina. Alter pes in tuū cōspectū proferri nō debet. Eia inquit amica, pedē profer. Cūq̄ reuentē coegisset, protulit pedē cancro indomito corrosū. A quo quum propter horrorē, & fœtorē, quæ aderāt ministræ, omnes oculos auertissent, regina misericordia mota, pedē aqua calida fouebat, digitis tractās leuiter, ne mulieri doleret. Deniq̄ factō desuper signo crucis, sine vlla nausea cœcrū osculata est. Miramur eius in hoc factō humilitatē. **Miremur & potentiam,**

Immedicabile illud malū statim penitus est ablatū, & pes formæ sanitatiq; restitutus. Tu. **R.** O admirabilē reginā, o feminā deo plenā, cui etiā quæ horret natura, pro Christo leuia fuere. **p.** Quū Christū diligeret, vlcerosa ī paupere Christi mēbra nō est aspernata. **R.** Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, ait dñs. **p.** Quum. Gloria. **In in. Noct. Añā,** Confessio, pulchritudo, & sanctimonia reginæ Elizabeth, quū paria fuissent in cōspectu dei, pariter effecerūt, vt per eā magnus dominus faciat mirabilia. **ps.** Cātate. **1.** **Añ.** Lux orta est nostro regno, quū talē obtinuit reginā, quæ vocata votis, adest numine præsentissimo. **ps.** Dñs reg. exul. **Añ.** In cithara & voce psalmi, nouū cāticū cātemus domino, dū reginā colimus, cuius virtutem nunquā satis miretur or-

bis terrarū, & qui habitant in eo. **ps.** Cātate. **η.** **R.** Elegit eam. **Lectio. 7.** **M**onasterijs siue virobrū, siue feminarū benigne largiebatur, tā ad vitæ sustentationē, quā ad ecclesiarū structurā. Peculiari tamē affectu, quo sanctā Christi virginē Clarā venerabat, cœnobiū in suburbio Conimbricēsi structura nobili cœpit ædificare. Ad quod quū aliūde spectatæ virtutis feminas aliquot id institutū profectas adduxisset, breui illud nobiliū virginū congregatione insigne reddidit. Tu. **R.** Parentū arbitrio facta cōiux beata Elizabeth, pro virginitate, quā libēter seruasset, **p.** Nobiliū virginū agmē Christo dicauit. **R.** Constructo insigni cœnobio, ad sæculi cōtemptū feminas inuitans. **p.** Nobilium. **Lectio octaua.** **T**alis vita eius fuit, viuēte cōiuge. Quo

mortuo, quū se omnino dei obsequio mācipasset, cogitauit paupertatem vouere, & in cœnobio, quod ædificabat, se concludere. Sed victa lacrymis suorū, querentiū se destituit: simul q̄ intellegebat reiectis facultatibus, nō posse amplius multorū pauperum miseriam subleuare, ab incepto destitit. Habitu tamē religionis induto, nō voti obligatione, sed virtutis studio sanctimonialis, quod in cœnobio erat factura, domi suæ faciebat. Quidquid autē erat pretiosę vestis, quidquid argēti vel auri, domino sanctificauit. Et iuxtā cōstructa sibi domo, ad perfectionē monasterij curā diligentem adhibuit, coemptis prædijs multis, vnde sufficēntissime Christi alerētur ancillæ. Tu. &. Verē vidua beata Elizabet, sperauit in deū ꝑ. Instās obsecrationibus & oratio-

nibus nocte, & die. ꝑ. Tribulationē patiētibus subministravit, & omne opus bonum subsequuta est. ꝑ. Instans. Lectio. 9. **Q**Uum ita in sanctissima viduitate domino seruiret, facta certior inter regē filium, & Castellæ regē neporē suum discordiā esse subortam, pacis componēde causa Transtaganā adijt regionem. Cūq; ad oppidum Sthermotiū deuenisset, leui correpta ægritudine decubuit. Et apparēte sibi virgine dei matre intellexit resolutionis sue instare diē. Sacramētis igitur deuotissime susceptis, rege filio, & regina nuru præsentibus, quarto nonas Iulij migravit ad Christū, anno ætatis plus minus sexagesimo quarto. Eius corp⁹, quū septē dierū itinere in medijs Iulij caloribus delatū esset Combricā, contra cadauerū naturā, nō modo nō fœtebat, verū

SANCTÆ ELIZABET REG.

etiã odore suauissimo a-
romata omnia pretiosissi-
simaq; superabat vnguẽ
ta. Sepulta est in suo coe-
nobio in lapideo monu-
mẽto, quod sibi viuens
parauerat, vbi mira per
eã deus operatur. Tu. **V**
Inclyta cœlesti regno
virtute ponti. **p.** Da re-
gina tuis faciles popula-
ribus aures. **v.** Ecce tibi
læto celebrant solennia
cãtu. **p.** Da regina. **Glia.**
Te deũ. **Ad Laudes Añe.**
Laudibus extollat regi-
nã Hispania sanctam, In
qua regnavit iugiter ip-
se deus. **ps.** Dominus re-
gnauit. **Añã** In solẽnita-
te sanctæ reginẽ erum-
pant lætitiẽ iubila, & in
dei laudẽ Lusitanorũ ora
soluantur. **ps.** Iubilate.
Añã. Adhẽsit beatę regi-
næ anima post Christũ,
quã densq; in cglũ susce-
pit dextera eius. **ps.** De-
us deus meus. **Añã.** Filij
filiorũ reginẽ, & qui ab
ijs nascẽtur reges, domi-
no benedicãt, quoniam

propter illã à domino be-
nedicẽtur. **Cant.** Benedi-
cite. **Añã.** Reges terrę, &
omnes Lusitaniẽ populi
laudẽt nomen domini,
per quẽ magna illis a-
uta, his regina, vtrisq; mi-
rabilis cõigit patrona.
ps. Laudate. **Capitulum**
Mulierẽ fortẽ. **Hymnus**
Repulit noctis tene-
bras quadriga
Solis, aiflatu iubaris pro-
pinqui,
Omne reginẽ properate
festas
Vulgus ad aras.
Explicet longã pia tur-
ba pompã,
Deferens plexas calathis
corollas,
Et laboratas manibus co-
rusco
Lumine ceras.
Supplices audit bona **diua**
plebes,
Cui deus præsens dat ha-
bere numen.
Ite fidentes, modo iusta,
nunquam
Vota refutat.
Erigit lapsos, retinet cao

dentem,
Prorsus afflictos recreat,
reuellit

Vincla constrictis, aperitque terri
Carceris umbras.

Nulla dū seculi stadium
cucurrit,

Illam pro Christo renuit
subire,

In fine læto peragens mi
nistre

Munia vultu.

Denecat Christus quoque
nil petenti,

Dena qui simplis decies
rependit.

Atque cælestes meritis
pusillis

Reddit honores.

Inde nos ergo tueatur,
eius

Festa qui ritu celebra
mus almo,

Impetret regno, popu
lisque pacem,

Visat & vrbes.

Virgines sancti tumuli
ministras

Perpeti sacras sibi celi
batu,

Seruet illas, famulan-

tibusque

Premia soluat.

Sint tibi laudes. **A.** Diffu
sa est. **Ad Bñs Añs** San-

ctissime regine festū ma
gna religioe celebremus,

in qua magnū, eius opē
implorātibz, positiū sem

per est à domino præsi
diū. **Oro.** Omnipotēs lē-

piternæ deus, &c. **Per ho**
ras diei, Añs vñ in Laudi

bus. Ad Tertiam Capitu
lū. Mulierē. Añs de cōmu

ni vnus marronē. Ad
Sextam Capitulū.

Manum suā aperuit
inopi, & palmas su

as exēdit ad pauperē: nō
timebit domū suā à fri

goribus niuis: omnes e
nim domestici eius vesti

ti sunt duplicibus. **Ad**
Nonam Capitulū.

Fallax gratia, & va
na est pulchritudo,

mūlier timēs deum ipsa
laudabitur: date ei de

fructu manū suarū, &
laudent eam in portis

opera eius. **In secūdis Vesperis Añs**

SANCTAE ELIZABET REG.

Psalmi, Capitulum, Hymnus. & plus, ut in primis Vesperis. Ad Magñ.

Añã. Ave reginarum decus Elizabeth, aue matrona incomparabilis. Tui memoriã recolentes & prosequere beneficijs, & iuua patrocinio. Oño, vi supra.

Ad Missam officium.

GAudeamus omnes in domino, diẽ festũ celebrãtes sub honore Elizabeth reginẽ, de cuius solennitate, & c. *ñ* Eructauit. *Oratio.* Omnipotẽs. *Ep̃la. Lect. libri Sapiẽtiẽ.*

GRatia mulieris sedule delectabit virum suũ, & ossa illius impinguabit. Disciplina illius datũ dei est. Mulier sensata & tacita, nõ est immutato eruditę animę. Gratia super gratiã mulier sancta & pudorata: omnis autẽ ponderatio nõ est digna cõtinentis animę. Sicut sol oriens mundo in altissimis dei: sic mulieris bonę species in

ornamentũ domus eius. Lucerna splẽdẽs super candelabrũ factũ, & species faciei super ætatem stabilem. Columnę aureę super bases argẽteas, & pedes firmi super plãtas stabilis mulieris. Fũdamẽta eterna super petrã solidã, & mãdata dei in corde mulieris factę. *Grad.* Specie tua. *ñ*. Propter. Alleluia. *ñ*. Diffusa *Euãgelij* Simile est regnũ cęli. thesauro. *Mat. 13. Offer.* Filie regum. *Secreta.*

MVnera nostra quesumus dñe beatę Elizabeth reginẽ meritis intuẽre, vt per eã acceptabilis tibi sit nostra oblatio, quę se tibi placẽtẽ hostiã semper obtulit. *Per. com.* Dilexisti. *Post com. Oño.*

SVmpta dñe mysteria beatę Elizabeth reginẽ precibus ad animę nobis medicinã prodesse cõcede: vt sicut in illius gloria potẽtiã tuã predicamus, ita in nostra salute de tua clemẽtia gloriemur. *Per*

De hoc sanctæ reginæ officio, trium sacræ
theologiæ almx Conimbricensis
academiæ professorum
censura.

EGo frater Martinus Ledesmius vidi officium hoc, siue preces horarias, quæ mihi nimiû pla cuerunt: quia fideliter desumptæ sunt sententiæ ex antiqua historia sanctissimæ reginæ Elizabeth: quâ etiâ ego ipse legi: tû quia optimo artificio, & de uoto, & ingenioso respondent responsoria & sibi inuicē, & lectionibus: deinde etiam quia deuotionem excitant, quæ est vnus orationis finis.

Frater Martinus Ledesmius Doctor.

Perlegi hoc officiû diuæ Elizabeth reginæ: & in eo nō modo nihil inueni, quod offenderet pi- as aures: quin potius visa sunt mihi omnia aptis- sima, quæ in diuinis officijs requiri debent. Cōti- nent enim sanctissimæ reginæ historiâ iuxta fidē veteris codicis, adeo elegāti, & ecclesiastico ritui accommodato stylo, vt & doctas aures demulceat, & pia corda deuotione excitet atque inflammet.

Pelagius Doctor.

CV M perlegissem hoc officiû beatæ Elizabeth iudicavi & iudico, nihil in eo cōtineri catho- licæ fidei aduersum, imò omnia mihi visa sunt or- thodoxa, & quæ non solû intellectum docere, sed affectum possint inflammare. Ex sacris enim literis nō solû sunt desûpta, sed mirû in modû inter se co- hærentia, & maxime cōsona, ac fideliter desumpta ex exēplari fidelissimo gestorû dictæ reginæ sanctæ in cuius testimoniû meum signum subscripsi.

Marcus Romerus Doctor.

De hoc sancto regimine officio vobis factum
theologiae et philosophiae
magister

Doctores Martinius Ledemus videlicet officium
hoc sine preces honorarias duxerunt nihil
quod in quibus habetur de impetu sine sententia
et ratione iustorum sanctissimae reginae Elizabethae
quod eius ipse legitur quod omnino iustitiam & de
iustis & rationibus: deinde etiam quod de hono-
rariis excusationeque est vna orationis sine.

Frater Martinus Ledemus Doctor
Perlegi hoc officium dicit Elizabethae reginae: & in
eo non modo nihil inuenitur quod offendet pr-



in quibus in diuina officia rep-
sentantur sanctissimae reginae
veteris codicis adeo eleganti &
accommodato stylo ut & de
in quibus de nonne extitit
Pelagius Doctor

V. M. perlegit hunc hoc officium
iudicium & iudicio nihil in eo
huc sibi aduersum in omnia vna
thodoxa & que non solum in
sanctum potius in hanc
non solum sunt descripta, sed
hanc & maxime ratione
ex experientia nobilissimorum
in cuius testimonio nunc signum
Martinus Komars Doctor

Handwritten:
1491/3
CNC